



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118626**

§. 115. Gubernatrix convocato Senatu hisce malis opem allatura.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67192)

sacra inde vasa projiciunt, tabulas di-  
 lacerant, pictos ubique parietes foede  
 conspurcant, simul alii scalis conscen-  
 sis organorum molem sane pulcherri-  
 mam confringunt, sanctorumque ima-  
 gines comminuunt: quinimo etiam ausi  
 sunt in sacram panis cœlestis arcam in-  
 ferre pollutas manus, detractumque  
 inde Sacrosanctum Domini Corpus, ado-  
 ratum illud, formidatumque Cœlitibus  
 Numen pedibus subjiciunt mortales im-  
 purissimi: cum autem eadem sacrilega  
 impietate ceteras quoque Antverpien-  
 ses Ecclesias profanare pergerent, ci-  
 ves domibus quoque suis vim inferri  
 veriti, sese ibidem includebant, Monia-  
 les vero ad suos parentes confugiebant:  
 postquam ergo inhumana hæc Sacro-  
 rum deprædatio solidum triduum tene-  
 bat, tandem cives sumptis armis hæc  
 furias urbe expulerunt.

## §. CXV.

*Gubernatrix convocato Senatu hisce  
 malis opem allatura.*

**A**ntverpensium exemplum Sylva-Du-  
 censes, Gandavenses, Velentinia-  
 ni, Audomaropolitani, Tornacenses,  
 & Mechlinienses Guesii sequebantur, ac  
 demum eadem labes universas ferme  
 Belgii urbes infecerat: itaque Guber-  
 natrix cum ex omni parte Sacrorum  
 popu-

Sæcul. XVI.

A.C. 1566.

Sæcul. XVI.  
A. C. 1566.

populationem audiret, nec minus futurorum metu anxia, quam præsentium mœrore confternata esset, propere Senatum convocat, eique tantam hæreticorum sævitiam exponit: equidem Comites Mansfeldius, Arembergius, & Barlamontius, fidissimi quique in Regis obsequium obtulere peralacriter operam suam: Egmontius vero Comes, Oranius Princeps, Comes Hornanus, alique complures adversus arma disseruere, existimantes, periculum esse, ut vi, armisque plusquam quindecim hæreticorum tunc Bruxellis agentium millia magis irritentur: tandem vero favente hac opinionum dissensione a Senatu decretum, ut oblivionem præteritorum, securitatemque in posterum Gubernatrix offerret, si modo fœderis chyrographum, quod compromissum vocabant, ipsi antea comburerent, seque Catholicæ Religionis cultores, ac fidos Regis subditos perpetuo futuros pollicerentur.

§. CXVI.

*Gubernatrix Bruxellis abire cogitans,  
sed præpedita.*

*Thuan. l. 40.  
Strad. l. 5.*

Gubernatrix, quid decerneret, ignara, præfatam decisionem exequi, nimium retardabat, hac autem mora hæreticis ad novas violentias spatium indul-